

† Ego Leo papa decimus promitto, juro et voveo servare omnia suprascripta, et ideo manu propria subscripsi.

48

*Exemplum.*

Infrascripta sunt capitula publica inter Summum Pontificem et reverendissimos cardinales unanimiter et concordes ordinata pro defensione fidei, libertatis ecclesiasticae, reformationis Ecclesiae in capite et in membris.

49

Nos omnes et singuli Sacrosantae Romanae Ecclesiae cardinales infrascripti, pro bono et felici regimine et conservatione status R. E. juramus et fo-  
vemus Deo Omnipotenti et sanctis Petro et Paulo ac omnibus Sanctae Romanae Ecclesiae quam suis sanctis promittimus, quod si aliquis ex nobis ele-  
ctus fuerit in Papam, post electionem de se cele-  
bratam, jurabit et fovebit pure et simpliciter, pure  
servare et servari facere et adimplere cum effectu  
omnia et singula infrascripta capitula, nec non tot  
infrascripta capitula quot erunt cardinales in elec-  
tione Pontificis praesentis manu propria signa-  
bunt, nec non infra tres dies post coronationem fa-  
ctam dabit bullas omnia capitula contientes quot  
erunt cardinalibus in sua creatione praesentibus, et  
antea coronationem suam et antequam portae conclavi-  
cis aperiantur, dabit cum effectu unum ex dictis in-  
strumentis, manu propria sua subscriptum, serenissimo domino Maximiano romano Imperatori ele-  
cto, ac unum alterum simile infrascriptis omnibus  
regibus ac potentatibus christianitatis mittenda re-  
sponsione per oratores, vel procuratores, vel electo-  
res, qui solent principum incurere poenas in eis capi-  
tulis pluribus locis contentas.

In primis, jurabit et promittet quod adveniente easu necessitatium subveniendi fidelibus christianis ad defensionem eorum contra perfidos turchas, quod Summus Pontifex de alumnis suis apud Thulpham redditu causa tali subveniet; quod si ejusdem alumni redditus summam quadraginta millia ducatorum non attinget, id Pontifex de aliis annuis ejusdem ecclesiae redditibus dabit et respondet usque ad dictam summam quadraginta millia ducatorum, in quorum tamen computari debeant provisiones nobilium profugorum et expressorum ab infidelibus, et aliorum pauperum, qui octo milia ducatorum excedere summam non debeant. Ita ut nunquam de praedictis aluminis redditibus dispensari, aut alienare, aut in alios usus disponi aliquid possit, sub pena indigna-

tionis et anatematis et sacrilegii, quodque redditus praedictus per clericos camerae apostolice et Sacri Collegii insimul seribantur et computantur, ut computum eorum videantur, deputandosque depositarios teneantur praefatas pecunias exponere de mandato eorum clericorum et Collegii secundum deliberationem Santissimi Pontificis et cardinalium priorum ex quolibet ordine, et in tali casu, cardinales de ipsorum pecuniis offerant, dare et solvere pro tali auxilio decem millia ducatorum pro rata solvendorum et quilibet pro rata et portione reddituum suorum, quotiescumque Deus concederit generalem confederacionem validam et sufficientem cum concursu potentatum, principum et populorum christianorum ad offensionem ipsorum perfidorum turchorum, ultra summam quadraginta millia ducatorum, offert bona fide et corde puro ducatorum centum millia exponendorum modo supradicto; insuper dominiorum ecclesiasticarum decimas prout videbitur expedire, indulgentias omnium trigintas et vigintas et alias quascumque impositiones et quomodolibet utiles nec non et supportabiles videantur, cardinalesque ipsi viginti millia ducatorum causa expeditionis generalis sponte offerunt promittendi efficaciter, rata ut supra et cum effectu solvenda.

Item, ut eisdem cardinalibus libera proveniant, consilia non apponet, nec pro eo quempiam apponi permittat manum in personam vel in bonis alicujus ex eis, nec aliquod in eorum statu et provisione mutabit, quacumque ratione, causa vel occasione sine expresso consilio et consensu presentium vel scripto dictorum dominorum cardinalium praestando cum ballotis prout infra; nec aliquo modo procedet, aut procedi mandabit vel permittat contra aliquem ex eis, nisi assistentibus et consentientibus tribus cardinalibus, videlicet uno ex quolibet ordine eorum, seu eorum doctorum pro parte ad id deputandorum, eisque libere et per ballotas expresse in hoc consentientibus, nec damnabit aliquem ex eis nisi legitime convictum procedente legitima causa cognitionis aut processus . . . . dietis duabus partibus; servabitque eos liberos, exemptos ab omni datio et gabella qualisunque vini, salis, grassiae, terrae et omnium aliarum, teneanturque . . . . ejus et Cameræ apostolice vendentes vectigalia, omnibus venditionibus conditionem apponere, et de hoc capitulo expressam facit mentionem nec . . . . quam quovis quaesito colore exiganta cardinalibus sed quod stetur ad cedula manu dictorum cardinalium subscriptas; et in eventu in quem ipsorum conductores aut nomine Cameræ exactores exigerint, possint cogi quocumque

49\*